

11.

Bischof Heinrich I. von Merseburg genehmigt die durch Markgraf Heinrich erfolgte Ueberweisung der Pfarrkirche zu Rötha an das Kloster. 1255 Febr. 9.

Hdschr.: Or. Perg. Rathsaarchiv Leipzig Kasten 84. Das S. an Fäden von gelber und rother Seide.

Anm.: Vergl. No. 13 und Anm. zu No. 9.

5

In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus dei gratia Mersburgensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Ne ea | que fiunt in tempore simul cum tempore a memoria hominum elabantur, donationem parrochie in Rothowe, quam honora|bilis et dilectus in Christo princeps dominus H[enricus] marchio Misnensis et Orientalis^a), Thuringorum lantgravius et Saxonie co|mes †palatinus^b) conventui sancti- 10 monialium in Lipzk dedit, ratam habentes et gratuito concurrentes consensu presentis scripti testimonio approbamus et gratiam eidem cenobio factam nostris litteris confirmamus, et ne de eo possit in posterum dubitari vel etiam prejudicium generari, idem cenobium cum privilegio marchionis nostris etiam litteris comunimus. Datum anno domini M. CC. LV, quinto idus febr., pontificatus nostri anno XIII, indictione 15 XIII^a. Hujus rei testes sunt Conradus prepositus ecclesie sancti Thome in Lipzk, Theodericus prior ibidem, Sifridus provisor dominarum earundem et plebanus ecclesie memorate, Johannes et Albertus de Warin fratres nostri, Albertus de Valua, Theodericus et Albertus schulteti in Lipzk, Conradus Cesar, Symon Bek et Theodericus frater ejus, Wilhelmus de Grimmis, Gerardus capellanus noster, Otto scriptor 20 et alii quam plures.

(S.)

12.

Bischof Albert II. von Meißen fordert zu Unterstützung der Klosterjungfrauen vor Leipzig und zu milden Beisteuern für den Bau des Klosters auf. Meissen, 1259 Sept. 20. 25

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 592. Das zerbrochene S. (vergl. Cod. dipl. Sax. reg. II. 1, Taf. II No. 3) an Fäden von gelber Seide.

A[lbertus] dei gratia Misnensis episcopus universis Christi fidelibus ad quos pervenerit presens scriptum | eternam salutem et veram in domino caritatem. Quoniam ut ait apostolus omnes stabimus ante | tribunal Christi recepturi prout in corpore gessi- 30 mus sive bonum fuerit sive malum, oportet | nos diem messionis extreme misericordie bonis operibus prevenire ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in celis, firmam spem fiduciam- que tenentes, quoniam qui parce seminat parce et metet et qui seminat in benedictionibus vitam metet de benedictionibus sempiternam. Cum igitur ex seminibus 35 terrenorum celestia metere jam possitis, universitatem vestram rogamus monemus et

11. a) Orientalis. b) Ursprünglich wohl palentinus; a auf Rasur.